Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dimicanti parat eternitatis coronā. Idō monet
nos scā scriptura dicens: quia p multas tribu
lationes oportet nos introire in regnū celoꝝ.
Hec aut audiens fr̄ cōfortatū ē cor eius in dn̄o.
& p mansit apud seniorē. noluitq; ultra re
uerti ad cellula suā.

Beato abbati moysi qui habitabat
in loco qui apellatur petr. quodā tēpore
in tantū inposuit durissimā inpug
nationē fornicationis demon. ut n̄ p̄ualeret
sedere in cellula sua: s; abiit ad scm̄ abbatē
ysidorū. & retulit ei uiolentiā inpugnationis
suę. Cūq; de scripturis scis abbas ysidorus p
ferens testimonia cōsolaretur. ut ad cellula
suā reuerteretur: noluit abbas moyses pgere
ad cellula suā. Tunc abbas ysidorus parit
cū abbate moyse. ascenderunt in supiora cellu
lę suę. & dixit ei ysidorus. Respice ad occiden
tē & uide. Cūq; respiceret: uidit multitudi
nem demonū uehemēt cū furore pturbari. & p
paratos quasi ad p̄liū festinantesq; pugnare.
Dixit aut ei abbas ysidorus. Respice iterū
ad orientē. & uide. Cūq; respiceret: uidit inu
merabile multitudinē scōꝝ angloꝝ gloriosum
& splendentē sup lum̄ solis. celestiūq; uirtutū
exercitū. Ait aut ei abbas ysidorus. Ecce quos
in occidente uidisti. ipsi sunt qui ipugnant & iā
scōs dī: nā qōs ad orientē esse cōspexiti. ipsi sunt
quos ad adiutoriū scis suis mittet dn̄s. Cognosce
q̄ quia plures s̄ nobcū. sic dixit heliseus ppha.